



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Onvs Ecclesiae.|| In hoc libro ... admiranda quædam ac
planè obstupenda, de septem ec-||clesiæ statibus,
abusibus quoq[ue] grauissimis, & futuris eiusdem
calamitatibus ex sanctor[um] pro-||phetijs & ...**

Pürstinger, Berthold

Coloniæ, 1531

VD16 ZV 12498

De patientia in tribulatio[n]ibus adhibenda. Cap. 56

urn:nbn:de:hbz:466:1-29969

nis, quam ecclesia (vt dictum est) per singulos quinq; præteritos status passa est. In sexto aut statum totum illud primū vā complebit, quoniam circa finem eiusdem sexti status, ecclesia à suis aduersitatibus ad tēpus liberabit. Id testatus est Eliphaz in Iob dicens: Inreparationem domini ne reprobēs, quia ipse vulnerat. s. in quinq; statibus, & medef, percutit, & manus eius sonabūt. In sex tribulationibus liberabit te, quasi dicat: O ecclesia per sex status fuisti tribulata, tñ in vltima sexti status tribulatione, vt pote post primū vā liberabit te deus. Postea subiungit: Et in septima nō tanger te malum. Tunc em̄ sc̄m Thelosphorū & quosdā alios scribentes, finiet quintus status, & sexto statu adhuc durāte septimus ecclesie status paulatim faccrescet. Siquidem eo tpe fiet ecclesie reformatio, ac infidelium conuersio omnium præter Iudæos, quibus cecitas contingit, donec plenitudo gentium introierit. Illa erit quædam figura & inceptio tranquillī status septimi.

Roma. 11 X. § Post ambitionē deniq; vnus, id est, primi vā, videlicet postq̄ ecclesia per ignē primæ & magnæ tribulationis trāserit, & ecce veniet adhuc duo vā post hoc, q̄ sunt complenda sub tuba sexti & septimi angeli. Circa finē equidē sexti ecclesie status, flagellū magnū (quod erit sc̄m vā) Antichristus incutiet Christianis & toti ecclesie. De eodem secundo vā, & Antichristi tyrannide scribitur in Apocalypsi à capitulo nono, ibi, & textus angelus, vsque ad capitulum vndecimum, vbi dicitur: Gentes, id est, gentiliter viuentes calcabunt ciuitatem sanctā, id est, ecclesiam, bestia, quæ ascendit de abyssu, id est, Antichristus, faciet aduersus eos, scilicet iustos bellum, & vincet illos, & occidet eos. Vā secundum abiit, & ecce vā tertium veniet cito.

Ioachim XI § De illo præterea sc̄o flagello inquit Ioachim: Post tribulationem supra descripti tyrāni terribilis, vā primū abiit, & ecce vā secundū, fugiamus à facie eius, clama in fortitudine, quia iā incipiūt vltimi cruciatus, ah, ah, vbi ē Lucifer quo abierūt stellæ? Per quas forsità prælatos significare voluit Ioachim: Per Luciferum aut pontificē quasi singularem stellā, quæ si peruertit nominat absynthium. Postea subdit: Curramus & nō & c. nō aspiciamus retro. Quo quidē secundo flagello post interitū Antichristi finito, credent Iudæi & reliquæ tribus Israel, quæ (vt inferius deducet) ad Christū conuertent. Venient nāq; dies (ait dominus) & conuertam conuersionem populi mei Israel & Iuda, & conuertā eos ad terram quam dedi patribus eorum. Tu ergo ne timeas Israel, quia saluabo te de terra longinqua, & semen tuum de terra captiuitatis.

XII § Interim vel post modicū interuallum adueniet tertiu & vltimū vā & flagellum ecclesie per Gog aliosq; tyrānos hominibus infligendū. De quo dicit: Vē terz & mari, quia descendit diabolus ad vos, habēs irā magnā, sciens quod modicum tempus habet. Et licet in Iob videat exprimi, q̄ in septimo statu ecclesiam nō tanger aliquod malū, tñ subintelligendū est diuturnū, qm̄ persecutio ipsius Gog non diu durabit, sed deniq; est malum septimi status. Vel illa tertia plaga potest referri ad finem, seu caudā sexti status, vt infra patebit. Vel potest dici, q̄ illud vā non tãget ecclesiam, s. spiritualiter, sicut nec tyrāni olim nocuerunt ecclesie, quia Gog & sui satellites non intemēt principaliter nocere ecclesie, sicut primū flagellum circa dignitatem ecclesiasticā, vel sicut sc̄m Antichristi flagellum circa fidem catholicā, sed Gog & sui complices, licet instigabūt homines ad colendum bestiā, tñ principaliter oīa morte p̄sternere conabunt, iuxta elogiū istud: Suscitate super eos Mædos, qui argentum non quærant, nec aurum velint, sed sagittis paruulos interficient, & lactentibus vteris non miserebuntur, & super filios non parceret oculus eorum. Illam stragem ecclesia suaq; membra patienter sustinebunt. Idcirco huiusce malum temporale non tãget ecclesiam, neq; eis seu suis membris in salute nocēbit, quemadmodum olim martyrum sanguine ecclesia non læsa, sed salubriter irrigata ē atq; adaucta. Hinc docemur, pro fructu salutis adipiscendo, in omnibus aduersitatibus nostris patientiam esse adhibendam, ne per impatientiam meritum mutetur in culpam.

De patientia in tribulationibus adhibenda,
Caput LVI.

Proinde

- P**roinde considerandū est, an à deo, an ab homine tribulatio eueniat. Si-
quidem ab homine, non semper est toleranda, præsertim quando diuine
maiestati vel suæ ecclesiæ fit iniuria, ea est propulsanda & vindicanda, a-
lioquin patientia, ceu praua negligentia, merito esset culpanda, si aduer-
sus blasphemum seu hostem fidei & ecclesiæ, non fieret iusta oppugnatio. Vnde
aduersus hæreticos acriter disputandum est, similiter contra Turcas & Sarracæ-
nos, cæterosq; ecclesiæ inuasores rebellare licet. Quādo aut̄ iniuria ab homine ir-
rogatur homini, tum consilium est, diligite inimicos vestros, benefacite his qui
oderunt vos & orate pro persequentibus & calumniantibus vos, hæc est optima
patientia quādo fit bona retributio pro malo. Quam etiam iudex censetur facere
administrando bonam iustitiam in malefactores.
- I §** Quando autem pro malo irrogato non redditur neq; bonū neq; malū
hæc patientia, & si non perfectissimorum, humilium tamen est Christianorum,
qui iniurias sibi vel suis irrogatas æquanimiter tolerant. Hoc saluator tum exem-
plo, tum verbo docuit, dicens: Si quis te percusserit in vnā maxillam, præbe ei al-
teram. Et iterum. Qui te angariauerit mille passus, vade cum eo duo millia. Item
Qui auferit tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere. Idipsum apostolus
docet: Nulli malum pro malo reddentes, nō vos defendentes, date locum iræ. Iræ
Non vosmetipsos vindicantes, sed magis iniuriam percipite & magis fraudē pa-
timini. Hanc vocis doctrinam Christus exemplo firmavit, crucem patienter to-
lerando. Petrum quoq; gladio vrentem, increpauit, dicens: Mitte gladium tuum
in vaginam, an putas quia nō possum rogare patrē meum, & exhibebit mihi plus
q̄ duodecim legiones angelorum? Similiter increpauit Iacōbum & Iohannē, qui
gestiebant ignem de cælo descendere super eos, qui ipsum non receperant. Per
hoc inhibuit vindictam pro sui expulsionem fieri. Iniuriam vero deo irrogatā in-
nuuit esse vindicandam, quum ibidem diceret: Nescitis cuius spiritus estis, q̄ d. nō
zelo iustitiæ, sed animo vindicandi afficimini.
- II §** Quamobrē præcepta patientiæ nō tam ostentatiōe corporis, q̄ præ-
paratione cordis sunt retinenda. Cauetur nanq; in canonicis, vt in secreto tene-
atur animi patientia cum benigna asperitate propulsandi iniuriam. Hinc dñi
Iesus singularissimum patientiæ exemplum, quum percuteretur in faciē, res-
pondit: Si male loquutus sum, exprobra me de malo, si autem bene, quid me cæ-
dis? Et licet apostolus prohibeat reddi malum pro malo, tamen hoc potissimum
intelligitur de reciproca iniuria, & non de iure alicui competente. Id em̄ non cen-
setur esse malum, sed quoad se quoddam bonum, quod quis, agendo aduersus re-
um prosequi potest si velit, ordine tamen debito. Vnde leges, canonesq; modū
vltionis statuerunt, oculum pro oculo, dentem pro dente, &c. Illa vero iuris sui
prosequutio est minoris perfectionis, q̄ remissio iniuriæ. Seruū em̄ dñi nō oportet
litigare. Siquidē dñs nobis præcipit, non resistere malo, vel etiā in iudicio nos
defendere, ergo multo minus decet iudiciali strepitu agere. Quamobrē Carthu-
sianum statuto cauetur iudiciorū tumultus, quia sapit impietatem.
- III §** Venio nunc ad secundum principale & iuxta propositam materiam
congruum membrum, quando ex diuina dispensatione accedit nobis aduersitas,
quæ in omni euentu cum humili patientia est sufferenda, quia deus nos tanquam
aurum probat in fornace patientiæ. Vnde ait Augustinus: Quis vnq̄ potest nos
amplius amare q̄ deus? Et tamen nos salubriter terrere non cessat. Sæpe etiā mor-
dacissimum medicamētū tribulationis adiungit. Nō aufert ab Apostolo stimu-
lum carnis tertio rogatus, vt virtutem in infirmitate perficiat. Non enim est re-
probatio, sed virtutis approbatio, bonorum aduersitas. Quantum fructum affer-
rat patientia, exposuit dominus Catharinæ Senensi. Item qualiter in animo ho-
mo non debeat turbari persequutionibus & spinis quas mundus germinat, datur
sana doctrina ibidem. Nam omnia patienter, imō hilariter sunt sustinenda, hac
temporali pace gaudet iustus, qui nulla prosperitate aut aduersitate dissoluitur, &
sic arram æternæ pacis prægustat.
- III §** Qualiter etiā Christiani in tribulationibus enormibus breui aduen-
turis

23. q. 4. quod
Christus.

23. q. 2. p. 10.

23. q. 8. disp.
& c. igitur.
Mat. 5. in fi.

23. q. 3. lex.

Mat. 5

23. q. 3. c. 10

Luc. 6

Roma. 12

1. Cog. 6

Mat. 26.

Luc. 9. in fi.

23. q. 4. quod
Christus

23. q. 1. nisi in

fi. & c. patus

Ioh. 18

Rom. 12.

Exod. 21

2. Tim. 2

Mat. 5

Sap. 3

5. q. 5. c. 1.

2. Cog. 12

7. q. 1. aduet

fitas.

Cath. Se. c.

25. & c. 45

Arta æter-

næ vitæ.

Cath. Se. c.

46. cum si.

S turis

DE PATIENTIA IN TRIBVLATIO. &c.

- Esaie. 26
Sapiae. 11
Iacobi. 1
Iacobi. 5
Iacobi. 5
1. Petri. 2
1. Petri. 3. 4.
Pfal. 33
1. Petri. 4. 5.
Sapiae. 12
1. Petri. 3
Ca. Se. c. 135
vsq; ad c. 152
Roma. 5
Roma. 8
2. Cor. 6
Eph. 6.
Philip. 2
2. Thefl. 1
2. Cor. 4
Prouer. 14
2. Cor. 7
Iudith. 8
- turis patientes esse debeant, deus summus maximus per prophetam iubet: *Va de popule meus, intra in cubicula tua, claude ostia tua super oec, abscondere modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio. Alibi quoq; habetur, qd electos deus tanq; pater mones probat, impios autem tanquam durus rex interrogans condemnat. Hinc in canonica Iacobi. Omne gaudiu existimate cum in tentationes varias incideritis, scientes quod probatio fidei vestrae patientiam operatur. Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vite. Et infra: Patientes igitur estote fratres vsque ad aduentum domini, patientes estote & confirmate corda vestra, quoniam aduentus dñi appropinquabit. Nota hic medium Christi aduentu, quo Christus cuiuslibet se inuocanti statim subuenire solet. Ideo subiungit: Ecce iudex ante ianuam afflitit, utpote vnicuique pie morienti. Exemplum accipite exitus mali & longanimitatis & labore patientis, prophetas qui loquuti sunt in nomine domini. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis & finem domini vidistis, quoniam misericors est dominus & miserator.*
- V § Petrus in super iubet deum glorificari ab hominibus in die visitationis, qui nos continue visitat multipliciter monedo. Hæc est gratia (inquit) si quis propter dei conscientiam sustinet tristitias patiens iniuste, quæ enim esset gratia si peccantes & colaphizati sufferatis: sed si benefacientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud deum. Et infra: Oculi quidem domini super iustos, vultus autem domini super facientes mala. Melius est benefacientes, si deus velit, pati quam malefacientes. Et infra: Qui patiuntur secundum voluntatem dei, illi fideli creatori commendant animas suas in beneficiis, humiliamini ergo sub potestati manu dei, ut vos exaltet in tempore visitationis, omnem sollicitudinem proicietes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Quis enim est qui noceat vobis, si boni emulatores fueritis, flagellis igitur siue a deo missis, siue ab homine inflatis, utere tanq; medicinis præseruatorijs, his quidem malis pressus multa facis vel obmittis, quæ non flagellatus, neq; faceres neq; obmitteres. Quomodo autem olim deus in veteri ac hodie in nouo testamento prouiderit & curauerit suas creaturas diuersimode largitionibus multipharis, tam in hoc seculo q̄ in alio, tam in temporalibus q̄ æternis abundanter enumeratur apud Catharinam Senens.
- VI § Paulus deniq; multas sanas patientiæ doctrinas tradidit dicens: Gloria mur in tribulationibus, sciens quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem. Nunc iustificati in sanguine Christi, salui erimus ab ira per ipsum. Non enim sunt condigne passionis huius temporis ad futuram gloriam. Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Quis ergo nos separabit a charitate Christi? tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius? Et infra: In omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus. Et infra: Induite vos armaturam dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli, quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem, sed contra spiritualia nequitia in cœlestibus, propterea accipite armaturam dei, ut possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, & galeam salutis assumere, & gladium spiritus per omnem orationem. Sitis igitur sine quarrela & simplices filij dei sine reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ. Tandem apostolus cœset deo gratias esse agendas pro patientia nostra in omnibus persecutioibus & tribulationibus nostris, quas deo propitio sustinemus in presenti seculo in exemplum futuri iudicij dei, pro quo & patimur, scilicet tribulationem, sed non angustiamur. Nam qui patienter est, multa gubernatur sapientia, qui autem impatienter est, exultat stultitiam suam.
- VII § Præterea mater nostra ecclesia in persona Iudith ad patientiam nos inuitat, ubi admonet nos memores esse, quomodo Abraham tentatus est, & per multas tribulationes probatus, dei amicus effectus est, sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses, & omnes qui placuerunt deo, per multas tribulationes transferunt fideles. Illi autem

J. c. 59. §. 2

S. c. 31. §. 7.
& J. c. 10. §. 13.

J. c. 6. §. 14.
J. c. 62. §. 7

S. c. 53. §. 14
& J. c. 58 §. 8
J. eod. §. 7.8

J. c. 58. §. 9

S. c. 30. §. 13
& J. c. 57 §. 3

S. c. 52. §. 22
& J. c. 59. §. 6
S. c. 10. §. 3. &

J. c. 10. §. 12

J. c. 53. §. 10.

S. c. 26. §. 3.

S. c. 26. i pr.
S. ca. 49. §.

24 & S. c. 54
§. 2. & J. c. 10.

§. 12
S. c. 46. §. 11

& J. c. 57. §.
15.

S. c. 42. §. 4
S. c. 40. §. 9

& J. c. 10. §. 15
S. c. 52. §. 16

S. c. 10. §. 3 &
J. c. 10. §. 8.
S. eod. §. 4.

terq; q

tem qui tentationes non susceperunt cū timore domini, & impatiētiam suam, & improprium murmurationis suæ contra dñm protulerunt, exterminati sunt ab exterminatore & à serpentibus perierunt. Nos ergo non vlciscamur nos pro his quæ patimur, sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa supplicia, minora esse flagella dñi, quasi serui qui corripimur, ad emendationē & non ad perditionem nostram euenire credamus. Nā vsq; in tempus sustinebit patiens, & postea redditiō iocunditatis. Vnde alibi ecclesia nos alloquitur, dicens: O filij patienter sustinete iram, quæ superuenit vobis, sicut em̄ fuit sensus vester vt erraretis à deo, decies tantū iterū cōuertentes requireretis eū, qui em̄ induxit vobis mala, ipse rursum adducet vobis sempiternā iocunditatem cum salute vestra.

Eccle. 1.
Baruch. 4

VIII § Deinceps videndū quomodo saluator ipse ad patientiam nos hortatur, impatientesq; increpat, dicens specialiter ad eleg. & generaliter ad Christianos electos: Beati estis quum maledixerint vobis homines & persecuti vps fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me, gaudete quoniā merces vestra est in cœlis, sic em̄ persecuti sunt prophetas qui fuerūt ante vos. Et infra: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius timete eum, qui potest corpus & animā perdere in gehēnam. Non veni pacem mittere, sed gladiū, veni em̄ separare hominem aduersus patrē suum. Et alibi: Putatis quia pacem veni mittere in terram? nō, dico vobis, sed separationē. Et infra: Quum audieritis prœlia & seditiones, nolite terri, oportet primū hæc fieri, sed nondum statim finis.

Mat. 5
Mat. 10
Luc. 12
Luc. 21.

IX § Quando autem cū impatiētia vel desidia in huius seculi procellis nauigamus, tunc in nobis Christus dormit, ideo procella ventū stagnū descendit nosq; compellimur & periclitamur. In nobis igitur per patientiam & operam sedulam suscitandus est Iesus ceu nostra salus, quem discipuli in procellis nauigantes inuocauerunt, clamantes, præceptor perimus. At ille surgens increpauit ventum & tempestatem aquæ, & cessauit, & facta est tranquillitas. Dixit autē discipulis, vbi est fides vestra? Ecce Christus increpat nostram in eū diffidentiam, necnon & arrogantiam ac impatiētiā ex aduersitatibus conceptam. Nam ipse ventis & mari imperat & obediunt ei. Ergo nostumidi & importuni ac impatiētes homines, per ventū & mare significati, deo nobis patientiā præcipienti obedire debemus. Factus est em̄ dominus refugium pauperi, adiutor in opportunitatibus in tribulatione, quoniā non in finē obliuio erit pauperis, patientia pauperis non peribit in finem. q. d. habebit mercedem.

Mat. 8.
Luc. 8
Mar. 4
Luc. 8
Mar. 8
Mar. 4

X § Ex in propheta deo confessus paratum se offert, ob suam culpā sponte suscepturæ flagella, dicens: Sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, quoniam ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper, quoniam iniquitatē annuntiabo & cogitabo pro peccato meo semper. Nam misericors dominus (inquit Gregorius) ab electis suis iniquitatum maculas studet temporali afflictione tergere, quas in perpetuū non vult in eis videre. Vnde in libro Birgittæ dicitur deus multa permittere propter peccata hominum, quæ non contingerent, si hominū dei gratia & ratione non abuteretur. Propter ingritudinem quoq; & impatiētiā hominum, interdum deus permittit aliqua cōtra salutem hominum, quæ, si patientes essent, non euenirent. Qui igitur impatiens est, sustinebit damnū, quoniam absq; patientia non facimus fructum dignum pœnitentiæ, de qua in superioribus dictum est, alioquin superbi, avari, aut desperantes & absq; humilitate pœnitentes, ac in malignitate consumpti, essent salui.

Psal. 37
De pe. dist. 1.
c. si peccatū
4. Birg. 38
4. Bir. 57
Prou. 19
Mat. 3. Lu. 3
Psal. 59

XI § Idcirco David ostendit amplectendā esse tribulationem, per quā fit commutatio de culpa ad gratiam, aiens: Deus repulisti nos. s. à te, & destruxisti nos qui mali eramus constructi, & peius ædificati. Iratus es, & misertus es nobis scilicet flagellando & patientiam in flagellis concedendo. Commouisti terram, scilicet per tuas minas, & conturbasti eam, vtpote cor terrenum, sana contritiones eius, quia cōmota est. Ostendisti populo tuo. s. electo dura, potasti nos vino compunctionis, dedisti metuentibus te significationem vt fugiant. s. per patientiam & humilitatem, à facie arcus futuras aduersitates cōminantis, vt liberentur dilecti



CONFESSIO NOSTRAE PRAVITATIS. &c.

dilecti tui, scilicet in presenti à seruitute diaboli, in futuro à pœna æterna, non vt careat præssura, sed vt fruatur paciētia, ideo subiungit. Et p̄o egredieris deus in virtutibus nostris, da nobis auxilium de tribulatione. Quonia ab ipso scilicet deo est patientia mea. Ad idem Hieremias: Maledictus homo qui cōfidit in homine. Benedictus vir qui cōfidit in domino, & erit dominus fiducia eius. Et rursus: Tu noli timere serue meus Iacob, ait dominus, quia tecum ego sum, consumam oēs gētes ad quas eieci te, te vero non consumā, sed castigabo te in iudicio, nec quasi innocenti parcam tibi.

1. Pir. 6 XII § Pluribus tandem locis in Birgitta ad patientiam nos Christus inuitat. Mitto inquit amicos meos quasi milites in bellum, clypeum paciētiae debent habere ad latus, vt omnia patienter sustineāt. Si ego dominus eorum passus sum, nō mirum si & ipsi patiantur, non timeant, quia ego nunquam derelinquo eos, ideo si igne probetur, est ad eorum maiorem remunerationem. Et infra: Est utilissimum habere & petere patientiam, quia in diebus multorum qui nunc viuūt, sol dimidiabitur, stelle confundentur, sapientia infatuabitur, humiles in terra in gemiscent & audaces præualebunt. Et infra: Amici dei debent volui in mundo, nunc tribulatione spirituali, nūc temporali, tribulatio enim mundi est quædam præparatio & eleuatio ad coronam, eiq̄ medicamentum & anthidotum humanæ infirmitatis. Nam vt homo timeat peccare, deus ostendit iudicia terribilia & immissiones per angelos malos.

Apoca. 3 XIII § Qui itaq̄ patienter suffert temporale malum sibi illatum, is non cetur esse in malo. Quonia altissimus aduersitatem passuro misericordiam promittit dicens, quia seruaisti verbum paciētiae meæ, & ego seruabo te ab hora tērationis quæ ventura est in orbem vniuersum tentare habitātes in terra. Ecce venio cito, Ego quos amo, arguo & castigo. Et in patientia vestra possidebitis animas vestras. Quare assiduis precibus clementissimum iudicem humiliter inuocemus, vt in omnibus persecutionibus, aduersitatibusq̄ nostris, quas deo propitio in exemplum iusti iudicij sui sustinebimus, salubrem patientiam & spontaneam tolerantiam misericorditer concedere dignetur, quo nobis huiuscemodi tribulationes in fructum digne cedant pœnitentiæ, nam si bona suscepimus de manu domini, quare igitur mala non sustineamus?

Confessio nostræ prauitatis cū inuocatione dei. Cap. LVII.

1. Theff. 5 Vamobrem supra descripta diuina iudicia nobis imminetia atq̄ vicina, deuotis ad deum orationibus nostris præcauere, vel saltem demulcere studeamus. Sine intermissione quidem orare debemus, nō solum toto conatu, sed etiam integro animo sobrie inuigilando, & indefinenter precibus incumbendo, vt vincamus hostes nostros, tum visibiles, tum inuisibiles, præcipue ipsi sacerdotes interpellent pro populo, cuius peccata comedūt, orentq̄ pro omnibus, quorum elemosynas & oblationes accipiūt. Sed in quantum afflictiones temporales, per orationes nostras, aut per intercessiones aliorum, à nobis auertere nequimus (prout timendum est) tunc ad dei iudicium subeundum humiliter nos præparare curemus, maxime nostram confitēdo culpam, à qua huiusce supra nos iudicia dependent, necnon inuocando deum, qui nos pœnitentes prius à culpa, deinde à pœna gladij & insultus malignorum hominum liberet, cæterasq̄ pœnas & plagas nobis imminentes mitiget, vel saltem in eis nos desperare non sinat, ad hoc nos angelo prouocante ac dicente: Adorate eum qui fecit cœlum & terram.

Apoc. 14 I § Sed quia futura pericula minime vel difficillime præcaueri possunt, teste Iob, qui more fragilis hominis optabat tempore diuinæ correptionis abscondi à facie iræ domini, quum diceret. Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me & abscondas me donec pertransseat furor tuus, & constituas mihi tempus in quo recorderis mei? Hinc ecclesia canit: Quando veneris iudicare terram, vbi me abscondam à facie iræ tuæ? Hei mihi domine, quia peccaui nimis in vita mea quid faciā miser? quo fugiā nisi ad te deus meus? miserere mei dum veneris in nouissimo die. Igitur deus maximus specialiter implorandus est, vt sequitur.

In pri-

Pfal. 61.
Hier. 17
Hier. 46
1. Pir. 6
3. Bir. 10
S. c. 53. §. 4.
in fi.
4. Bir. 12.
S. c. 43. §. 8.
4. Bir. 15
Pfal. 77.
Apoca. 3
Lucæ. 21
Iob. 2
1. Theff. 5
De cōf. di. 1.
qn. & dist. 5
nunq̄.
Di. 36. c. fi.
1. q. 1. c. ipsi.
Apoc. 14.
Iob. 14
In vigilijs
defunctorū.

S. ca. 55. §. 9.
& J. c. 59. §. 2
S. c. 46. §. 10
S. eo. §. 6. &
J. c. 57. §. 15.
S. eod. §. 3. &
J. ca. 59. §. 7.
S. c. 43. §. 13.
& S. c. 54. §
8. & J. ca. 59.
§. 3 & J. c. 64
§. 1.
S. eo. §. 11 &
J. c. 59. in pr
S. c. 42. §. 5.
S. c. 55. §. 12.
S. c. 15. §. 35.
S. eo. §. 4 &
J. c. 59. i prin
S. eo. §. 9. i fi
S. eo. §. 6. &
J. ca. 66. §. 2.
S. eod. §. 11.
J. c. 58. §. 10.
J. c. 59. §. 1
J. eo. §. 3
S. c. 43. §. 2.
J. eo. §. 14
S. c. 49. §. 16
& J. eo. §. 6.
S. c. 54. i pr.